Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

enuntiat
pro uero, quod tamen uerum esse opinatur, errans dici et temerarius. mentiens
autem non recte dicitur, quia cor duplex cum enuntiat non habet, nec
fallere cupit sed fallitur. Culpa uero mentientis in enuntiando est
in animo fallendi cupiditas, siue fallat siue non: uel cum ei non cre
ditur uel cum uerum enuntiat uoluntate fallendi quod non putat ue
rum. Quod cum ei creditur, non utique fallit quamuis fallere uoluerit, nisi
hactenus fallit quatenus putatur ita etiam nosse uel putare ut enunti
at. Quamquam subtilissime queratur utrum cum abest uoluntas fallen
di, absit omnino mendacium. Quid enim si quis falsum loquens quod Questio
falsum esse existimat, ideo tamen facit quia putat sibi non credi,
ut eo modo falsa fide absterreat eum cui loquitur, quem sentit sibi
nolle credere. Hic enim studio non fallendi mentitur, si mendacium est e
nuntiare aliquid aliter quam scis esse uel putas. Si autem mendacium non est
nisi cum aliquis enuntiat uoluntate fallendi, non mentitur iste qui
propterea falsum loquitur quamuis nouerit uel putet falsum esse quod
loquitur ut ei credendo non fallatur ille cui dicitur, quia eum scit non credi
turum uel scit uel putat. Unde si apparet fieri posse ut aliquis
propterea falsum dicat ne fallatur ille cui dicitur, existit e contra
rio aliud genus propterea uerum dicentis ut fallat. Qui enim uerum ideo
loquitur quia sentit sibi non credi, ideo posse quod dicitur quia quod ab ip
so dicitur, quamobrem cum ideo uerum dicit ut falsum putetur, ideo ue
rum dicit ut fallat. Querendum est ergo quis potius mentiatur, utrum
ille qui falsum dicit ne fallat, an ille qui uerum dicit ut fal
lat, cum et ille sciat uel putet falsum se dicere, et iste sciat uel putet ue
rum se dicere. Iam enim diximus eum qui nescit falsum esse quod enuntiat
non mentiri si hoc putat uerum, eumque potius mentiri qui etiam ue
rum enuntiat cum falsum putat, quia ex animi sui sententia iu
dicandi sunt. De illis itaque non parua questio est quos proposuimus,
unus qui scit aut putat [illegible] ab se falsum dicere et ideo dicit ne
fallat, uelud si aliquam uiam [illegible] nouerit obsideri a latronibus
et timens ne per illam p[illegible] ro[illegible]gat homo cuius saluti prospicit